

1702, 3. 1899 a
1899.
25

G. F. F. G. S.
DISPV TATIO INA VGV RALIS
De

PRÆLATIONE
DOTIS ET FISCO MV.
TVA IN CONCVRSV CRE-
DITORVM,

Quam
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSICI, ELECTORATVS ET PRO-
VINCIARVM BRANDENBVRG. HEREDE,
&c. &c.

In Academia Regia Fridericiana
AVTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
PRÆSIDE
DN. IO. SAMVELE STRYKIO, D.
PROF. PVBL. & h. t. DECANO,
PATRONO SVO AC PROMOTORE DEVENERANDO

PRO LICENTIA

Summos in Vtroque Iure honores & Priuilegia Doctoralia
consequendi,

IN AVDITORIO MAIORI,
Horis ante & pomeridianis

D. XIX. Mai. Anno MDCCII.

Publico Eruditorum Examine proponit

MAGNVS GODOFREDVS LICHTWER,
Dresdensis.

Hala Magd. Litteris Christiani Henckelii, Acad. Typogr.

DISPUTATIO IN ALCORALIS

PRÆLATIONE
DOTIS ET FISCALIS MV-
TVA IN CONCURSU GRE-
DITORVM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DN. FRIDERIGO WILHELMO
R. E. C. T. O. R. I. S. S. I. M. O. P. R. I. N. C. I. P. I. S. A. C. D. O. M. I. N. O.

IN ALCORALIS REGIS PRÆSIDIUM
AC R. E. C. T. O. R. I. S. S. I. M. O. P. R. I. N. C. I. P. I. S. A. C. D. O. M. I. N. O.

DN. IO. SAMUELIS STRYKIO, D.

PROFESSORIS & DECANI

PRO ALCORALIS

IN ALCORALIS REGIS PRÆSIDIUM

AC R. E. C. T. O. R. I. S. S. I. M. O. P. R. I. N. C. I. P. I. S. A. C. D. O. M. I. N. O.

DN. IX. M. A. R. T. I. N. I. S. T. R. I. C. I. O.

PUBLICÆ BIBLIOTHECÆ SACHSÆN. ALCORALIS

MAGNVS GODOFRIDVS EINHARTVS

DISERTVS

ALCORALIS REGIS PRÆSIDIUM, AC R. E. C. T. O. R. I. S. S. I. M. O. P. R. I. N. C. I. P. I. S. A. C. D. O. M. I. N. O.





INGRESSVS.



Rdua omnino res est in materia admodum spinosa atque intricata Concurfus Creditorum solidum aliquid in medium proferre, omnique exceptione maius ac perpolitum, adeo, vt Labyrintho non absimilis eadem videatur ICTis etiam summi nominis, nec ipse Franciscus Salgado de Somoza dubitauerit, Labyrinthum creditorum peculiari opera inscribere & luci publice exponere. Meum enim & Tuum de quo hic agitur, proh Deus! quantas rixas ciet, lisque litem parit? Innumerus hinc actionum numerus exsurgit. Inuenta enim lege, inuenta quoque est fraus legis: natum inde

A 2

stu-

stupendum exceptionum agmen, cum primis si inter rabulas & semidoctos causa disceptetur, affuetos nummis magis quam legibus æqui & recti. In hac forensi amplissima area maximeque celebri vires nostras experturi thema de Mutua Prælatione Dotis & Fiscii in Concurſu Creditorum ventilandum Bono cum DEO suscepimus. Hic gressus nostros dirigat, filoque secundet Ariadne, quo utamur pro amussi in hoc cliuoso tramite legali, per varios præcipites deducti casus, ne deflectamur in deuia, & anfractus viarum, sed regiam veritatis viam vbique teneamus. Cum vero ratio temporis non permiserit plenissime hanc materiam excutere, dabit veniam B. L. si in compendio rem totam sistamus, & thesibus certis includamus. Vbi ordinis causa Cap. I. Generalia, Cap. II. Priuilegia Dotis. Cap. III. Priuilegia Fiscii, & Cap. IV. Concurſum Dotis & Fiscii explicabimus. Faxit

Deus feliciter!

PRÆLATIONE DOTIS ET
FISCI IN CONCVRSV CREDITORVM MVTVA.

CAP. I.

GENERALIA EXHIBENS.

Th. I.

Prælatio h. l. est Ius Fori Ciuilis & Saxonici pecu- Quid fit præ-
liare & priuilegiatum, quo bona vxoris dotalitia, & latio.
Fisci (s. ærarii Principis & publici) reditus restan-
tes, ex bonis debitoris repetenda reliquis creditoribus,
Processu ordinario & executiuo concurrentibus, inui-
cem præferuntur. Notanter diximus *fori Ciuilis & Sa-* Ex quo iure
xonici. Ius enim Naturale, Gentium & Canonicum de oriatur.
hac prælatione parum norunt, nisi quæ Iura Fisci spe-
cialiter attingunt. Promanauit autem Ius illud siue pri-
uilegium dotalitium Iure Romano a Gente rerum do-
mina, affueta bellis per bella continuandis, hocque no-
mine, ne liberi deessent patristantes bellicosis genitori-
bus, de Dote sollicitis, qua promouenda matrimonia,
qua educandam sobolem & sustentandas viduas pere-
gre pereuntium. &c. Iure Ciuili nouiori (quantum
equidem ex antiquitate indagare licuit) ab Augustis-
simo Legislatore Iustiniano, quem ad petitionem Augu-
stæ, varia in fauorem muliebris sexus sancita promul-
gasse tradunt Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 3.* & Procopius. *in*
Hist. arcan. Saxonico vero Iure Constitutionibus Augu-
sti Electoris fundamentum debet. Dn. Carpz. *in præf.*
Definit.

Definit. For. Ante Iustinianum enim & Augustum nostrum, Ius Ciuile & Saxonicum indigesta quasi moles erat,

II.

Dos quot
modis acci-
piatur.

Dos variis apud Autores rebus tribuitur: 1) enim donum quoduis denotat in genere; a do enim siue dando originem arcessit, quamquam alii græco *δωρε* (quod idem ac donum exprimit) natales asserere malint, sitque adeo vocabulum græcum ciuitate Romana donatum. 2) Dona animi, fortunæ, ingenii &c. secundum illud Ouidii *Lib. 2. de Art. am.*

Ingenii dotes corporis adde bonis.

3) Plinius in depingendis margaritis Dotis prædicato vitur pro pretio & æstimatione qualitatum. Ita & Phædrus noster:

Duplex libelli dos est, quod risum mouet,

Et quod prudenti vitam consilio monet. &c.

4) Dotes prædii *l. 2. §. 1. ff. de Instruct. vel Instrum. legat.* & passim in Iure audiunt ferramenta & instrumenta agri colendi causa reposita. 5) In Iure Canonico præcipue donationem propter redemptionem animæ siue ad pias causas, secundum veterem Canonem:

Patronum faciunt Dos, edificatio, fundus.

Hinc dotationes Ecclesiarum, scholarum, xenodochiorum, item dotales Ecclesiæ, quo nomine in veteribus instrumentis insigniri Familiam ecclesiasticam, colonos, casatos &c. Ecclesiæ bonis adscriptos, docet Dn. Ziegl. *in Diatr. de Dote Eccles. Cap. 9.* 6.) Nec desunt, qui pro pignore, mutuo, deposito, vel etiam pro contractu, aut quouis modo conuentionali circa constitutionem Dotis, vel ipso Iure deniq; Doti competente &c. interpretantur.

Vn-

Vnde & varias discrepantes Dotis definitiones enatas esse iudicat Hahn, *ad Wesemb. de Iur. Dot. n. 2. (7)* Comuni & principali significatione bona, tam mobilia, quam immobilia, quæ noua nupta sponso siue marito affert, ipsisque possessionibus eius infert *l. 10. ii. C. de Iur. Dot.* Iure tamen h. l. reperundarum (si ita loqui licet) marito, cuius vsuifruictui mancipata erant, seu defuncto seu ad incitas redacto. Vocatur quandoque abusiue Dotalitium, germanice *Brautſchag / Heimsteuer / Ehesteuer / Aussteuer / Eingebracht = Guth / Mitgift / Morgengabe* &c. quamquam & hæc inter se differant *l. 3. §. 5. ff. de Minor. patrimonium proprium, l. 12. prin. C. qui pot. pign.* pars mulieris substantialis audit. Hæc quæ ipsa Dos, nostri est circi variis adhæc speciebus, distinctionibus & diuisionibus distribuitur est enim 1. (vel profectitia siue paterna, quam describit. *l. profectitia, princ. §. Sat. ff. de Iur. Dot. add. l. 5. §. 1. §. 12. ff. de Agn. §. al. lib. 2.*) vel aduentitia siue materna aut extranea, quæ scilicet vel a matre vidua, aut secundo nupta, vel à propinquis vel patrono aut matrona, extra quoque consanguinitatis gradum positis, aduenire potest. *arg. l. 33. ff. de Iur. Dot. l. 5. §. 6. b. t. §. l. vn. §. 13. C. d. R. V. A. 3*) Vtraq; harum vel vera est vel putatiua, ipsius scilicet respectu matrimonii: Quæ effectus ratione coincidunt & qua priuilegia Iuris æquiparantur. 4.) Receptitiam suppeditat Peregrinus, Iure repetitionis post solum matrimonium. 5.) vel numerata vel promissa seu cauta, quæ longam inuoluit explicationem. 6.) Vel confessa (barbare confessatam vocant) vel illata: quarum prior exceptiones suas patitur. 7.) vel legata, vel prælegata, vel relegata, *zurückvermacht* de quibus *§. 15. I. de Legat. tot. tit. ff. de Dot. Præleg. l. vn. §. 7. C. de R. V. A. 8.*) Congrua seu competens, æquipollens legitimæ.

9. Cer-

Quo sensu
hic accipia-
tur.Quotuplex
Dos sit.

9) Certa vel incerta, de quibus *l. 60. § 69. ff. de Iur. Dot. §. 1. 4. l. 1. 3. C. de Dot. prom. 10.)* Parua, magna, maxima: Pro ratione quantitatis & qualitatis rei in Dotem datæ. Quo pertinet die *Fräulein Steuer* apud Klock. *cap. 1. n. 232. § Cap. 8. n. 12.* quam Dotis illustrissimæ speciem iuxta *Const. fundam. Regn. Suec. 100000. in Sax. Elect. 30000. Ducali 20000.* Ioachimicorum pretium, raro excedere tradunt. 11) Excedens siue inofficiosa ratione læsionis, legitimæ liberorum infestæ, *t. t. C. de Inoff. Dot. ventilata. 12) Caduca & quæ Fisco cedit. l. 38. §. 1. l. 61. ff. de Iur. Dot.* De his omnibus latius agunt, præter allegata, interpretes LL. allegatarum, inque his Zœsius. *Comment. ad ff. de I. Dot. n. 25. § ibid. de Pactis Dot. n. 10. Barry de Success. l. 4. tit. 3. Campeg. Part. III. qu. 173. Gail. l. 2. Obs. 83. Besold. Thes. Pract. sub Schatzung/ Mynsing. L. 1. Obs. 61.* Cum omnia & singula, quæ circa Dotem versantur aut prædicari possunt curiosius disquirere, instituti nostri limites transcendat.

Fisci variae significatio-
nes.

III.

Fiscus 1) instrumentum seu receptaculum erat, quo utebantur ad forum ituri, victualium & obsoniorum. Scriptoribus rei rust. *ficella audit, Ein geflochtener Korb.* 2) Receptaculum pecuniæ numeratæ ac paratæ. *Struu. Exercit. 50. tb. 32.* 3) Pecunia ipsa, maxime vero Principis ærario debita, & ipsum adeo ærarium: quamquam distinguere videatur *Plinius in Paneg. cap. 36.* inquit: *At fortasse non eadem seueritate Fiscum qua Ærarium cobibes. &c.* Quo eleganter quoque alludit *Sapiens Romanus: Cæsar omnia habet, Fiscus eius priuata tantum ac sua: & vniuersa in Imperio eius sunt, in Fisco propria. L. 7. de Benef. C. 5.* Nostris tamen moribus

Significatio
huius loci.

bus & in specie h. l. araritim tam Principis (Rent-
 Cammer) quam publicum s. prouinciale (die Land-Case
 und Ober-Steuer-Entnahme) addimus Ecclesiasticum
 (Stifts- & Kloster- & d. gen. Almosen-Kasten) Fisci nomine
 subintelligenda veniunt, parique in concursu creditorum
 prioritare gaudent. Narum exinde vulgatum illud *con-*
ficcare, quod proprie Iuris Regii referuatum est, & mo-
 do acquirendi vel vindicandi supereminens. Willembach
ad ff. de Iur. Fisc. l. 1

IV.

Creditum 1.) latissime fumitur pro quouis debito.
l. 10. n. 108. ff. de V. S. 2.) Vulgariter, quando quis alicui
 fidem sequitur. *l. 1. 2. ff. de Reb. Cred. 3.)* strictè pro ipso
 met mutuo, *l. 2. §. 1. C. sic cert. petat.* Quodammodo hinc pa-
 ter conditio creditorum quorum varias qualitates fufius
 exponit Excell. Dn. Menckenius Præceptor meus & ho-
 dogeta fidelissimus ac consultissimus. in *Tract. Syn. Pand.*
p. 530. & seqq. it. Almerus in Man. Iur. sub hac rubr.

Crediti di-
 uerse acce-
 ptiones.

V.

Concursum latius interpretari, sed longe aliter a
 ICtis quam a Poëtis & c. hinc inde patet:

Quid con-
 cursus signi-
 ficet.

Cum subito Æneas Concursum accedere magno
Anthea, Sergestumque videt, fortemque Cleon: hum
Conspicit, ingentem concursum & littora lustrat. & c.
 vti Maro noster canit. Vel vt Crispus Romana primus in
 Historia loqui amat: *In: er Caribagineses atque Cirenen-*
ses territorii fines constituti eo loco sunt, vbi utriusque
populi Legati concurrunt, sibi que obuiam sunt. Bell. In-
gurt. cap. 79. Concursum vero creditorum (cuius defini-
 tionem exhibet *L. 7. ff. qui pot. pign.* differentiam aliquam
 homonymicam *l. 60. ff. de O. & A.*) vel vulgò notum Ciui-
 lis pariter & Saxonici Iuris interpretes, quinque vel ad

B

ma-

maximum octo classibus distribuunt. *Chur-Sächs. Proceß-Ordnung Tit. 41. Dn. Carpz. P. 1. C. 28. def. 12. & seqq.* qua prioritatem vnus alteriusue competitoris equidem variantes: Doti tamen & Fisco primum locum omnes ferre vnanimi consensu tribuunt; vti ex infra dicendis vberius patebit.

CAPVT. II.

De

DOTE IN SPECIE, EIVSDEM-
QUE PRIVILEGIIS ET PRÆROGATIVIS IN
VTROQUE FORO.

I.

Ingressus.

Præliminariis hisce præmissis, (quia ad exemplum Illustrium autorum in cuiusuis rei tractatione, verborum origines & variationes non plane negligendas esse Dd. censent, inque his *Franzk. in Præf. Comment. ar. suor.*) deferimur primo ad explicationem Dotis, & a verbis ad ea, quæ rem propius petunt.

II

Dos præsupponit matrimonium.

Dos itaque est quasi patrimonium *l. 16. ff. de relig.* quod conferitur in maritum ad ferenda onera matrimonii *l. 20. C. de Iur. Dot.* Ad legitimam vero constitutionem Dotis requiritur iusta nuptiarum celebratio: hac enim cessante, cessat Dos. *§. si aduersus ea 12. l. de Nupt.* Nec promissio sola veram Dotem efficit, sed vera potius illatio. Sicq; Dote numerata, nunquam subsequente vero matrimonio, repetitio datur *per l. 6. C. de Cond. cans. dat.* Adeoque durante matrimonio durat Dotis prædicarum; etiam soluto, vsque dum ex hereditate mariti restituatur *arg. t. l. d. R. V. A.* Dari autem in Dotem possunt quæcunq; sunt in

PRIVILEGIIS ET PRÆROGATIVIS IN VTROQUE FORO II

in commercio, mobilia, immobilia, feuda, iura, nomina, Quæ bona in
 vñsfructus &c. modo pactionis nulla mentio fiat, quæ Dotem den-
 annihilat Iura Dotis. Illustr. Dn. Stryk. *Exam. Iur. Feud.* tur.
Cap. 19. qu. 3. Distingendum adhæc probe inter Dotem
 vere talem & bona Dotalia: Inter Dotalitia & Apanagia: *Religio res I*
 donationem propter nuptias & Morgengabam, & demum ea bona, quæ Paraphernalia dicuntur, quorum suo
 loco mentio incurret; vt taceamus Geradam, quæ pecu-
 liare suum ius habet.

III.

Virgines apud varias gentes indo tatas nupsisse varii Apud varias
 scriptores testantur. De Græcis in genere Aristot. *lib. 2.* gentes null
Polit. 6. circ. fin. De Lacedæmoniis Xenoph. *Lib. pecul. de* Dotis vñs
Republ. Laced. & Plutarch. *in Vit. Lycurg.* De Germanis ve- fuit.
 teribus Tacitus *lib. de mor. Germ. Cap. 18. n. 2.* quorum
 consueto more non vxor marito, sed maritus vxori Do-
 tem afferebat: qui etiamnum viget apud Turcas obser-
 uante Oldenburg. *Tom. I. Thes. Rev. Publ. tit. 9.* Moralem
 causam legis quærentibus pro responso dedit sapientissi-
 mus Lycurgus: Ne propter inopiam vllæ despiceren-
 tur, neque ob Dotem pinguiorem præferrentur; sed ex
 virtute potius vota inituri electionem facerent. Licet
 seculi sui censor Iuuenalis *Satyr. 3. 6.* iam de sui æui corru-
 ptis moribus conqueratur:

Protinus ad censum de moribus vltima fiat

Questio - - - veniunt a Dote sagitta

quia nectunc amplius virtus & forma pro dimidio (iuxta
 vetus verbum) nedum tota Dote, reputabantur. Alium
 scrupulum vota facturis Megadorus mouet apud Comi-
 cum *in Aulul. Act. 3. Sc. 5.* ratiocinando:

B 2

NAM

Nam qua indotata est, ea in potestate est viri:
 Dotata matant & malo & damno viros.

IV.

Leges civiles
 de dotanda
 virgine.

Cum tamen vel ipsi Reipubl. non parum intersit, vt
 Dotes saluæ sint mulieribus l. 1. seqq. ff. d. Jur. Dot. & in fa-
 vorem matrimonii, vtque virgines & viduæ commo-
 dius citiusue maritentur, hacque via ciuitas numerosa so-
 bole succedente copiosior fiat l. 1. ff. solut. matr. vel vt ipse
 demum addit sacratissimus Imperator, ne fragilitate na-
 turæ suæ in repentinam deducantur inopiam mulieres l. vn. §.
 15. C. d. R. V. A. l. 2. ff. §. 2. ad SCtum Vellei. lege cautum est
 de dotanda virgine, de priuilegijs Dotis, hisque annexis
 prælationis iuribus.

V.

Quanta Dos
 ex feudo in
 Saxonia filie
 constituenda

Qua constitutionem Dotis, Iure scripto pariter ac
 consuetudinario sancitam, postliminio huc repetimus,
 quæ Math. Colerus Decis 213. n. 3. & Dec. 764. vol. 2. Cons. 3.
 n. 81. foro Saxonico recepta asserit, asseritaque decisioni-
 bus supremæ Curiaë Dresdensis vt & Iurisprudendum
 Lipsiensium responsis corroborat: ex singulis millibus
 florenorum feudaliu filibus relictis 133. fl. & 7. gl. Do-
 tis nomine adiudicari, inque tantam summam successo-
 res feudales (siue filii fratres, siue agnati sint) condemna-
 ri. Quæ summa in feudo 3000. fl. valoris 40. fl. loco Do-
 tis soluendæ importet: idque tota die apud Scabinos Li-
 psiensis pronuntiando obseruari affirmat. Quod etiam
 in territorio Electoratus Brandenburgici obseruari testa-
 tur Schepliz. Part. III. Consu. Brand. Tit. 3. §. 8. Et arbitra-
 tu Bodini L. V. de Republ. c. 2. in quolibet Reipubl. statu cer-
 tas de Dotibus leges sancire oportet, tum ne excessu pec-
 cante

PRIVILEGIIS ET PRÆROGATIVIS IN VTROVQUE FORO. 13

peccante res familiæ exhauriantur (hucque pertinent Le-
ges de Dote in officiosa) tum, vt Dote moderata facilius
fœminæ in officio contineantur. Qui addit, Massilien-
sium veterum (iudice Cicerone Reipubl. omnium flo-
rentissimæ) consuetudinem 100. aureorum Dotem maxi-
mam, & quinque aureorum vestes nubentibus assignan-
tium pretiosissimas: Superaddens Sereniss. Venerum
Rempubl. Lege de Dote lata, 1600 aureos patriciæ virgi-
ni, plebeia vero Patricio nubenti 2000. aureorum Dotem
determinasse, ne opes illustrium familiarum Dotibus ex-
hauriantur; Patriciorum e contra, plebeiarum connubia
ineuntium egestati quodammodo consulatur. Repeti-
mus huc, quæ paulo ante *ib. 2. Cap. I.* annotatis de Dotis
maximæ & illustrissimæ specie, pretioque apud Sueones
& Saxones vsitato, subiunximus.

VI.

Fauorem autem Dotis tantum esse, vt studiorum
quoque causæ comparetur, euincunt Glossatores & Dd.
communiter *ad L. 1. in fin. Sol. matr.* Cumque aduenti-
tiis ponderibus onerandum non sit matrimonium, aut
imminuenda dos *l. vn. de Imp. lucrat. descript.* ibi: nec
enim Iuris optimi est neque Ius decimationis (*Nach-
steuer/ Abschoss/ Abzug Geld/*) late cetera dominium
suum extendens, Doti detrahere potest, aliorum trans-
ferendæ, iuxta ea quæ profert Wehner. *Obs. Pract. sub.
hac rubr.* addatur Scheplizius *Part. III. Consuet. March. Tit.
8. §. 18. & 20. n. 1. seqq.*

Magnus est
fauor Dotis.

VII.

Beneficium ad hæc *L. 2. C. de Resc. Vend.* ad Dotis quo-
que constitutionem extendi, docet Richter. *Decis. 99. n.*
45. Sed ad ipsa Iura prælationis nunc transeo.

In Dote ha-
berur respec-
tus ad læsio-
nem enor-
miss.

VIII.

Vxor ratione
Dotis habet
priuilegium
p̄lacionis.

Vidua vel vxor repetens bona sua ex hereditate mariti excludit omnes ceteros creditores, *iuxt. Part. I. Const. Aug. XXVIII. §. 13.* addatur *Process-Ordnung. Tit. 42.* quæ fundamentis nititur ex Iure Ciuili petitis. *l. 29. seqq. C. de I. Dot. l. fin. §. 1. C. qui pot. pign. Nouell. 97. cap. 3.* Dos enim eiusque augmenta *l. 8. C. de Iur. Dot. Nou. 97. c. 2. §. 6.* præferuntur omnibus creditoribus, etiam hypothecariis; exceptis in Saxonia iis qui expressam anteriorem habent hypothecam *Carpz. P. 1. C. 28. d. 65.* non æque ac tacitam quibus præfertur mulier. Id quod alibi etiam extra forum Saxonicum receptum est. *conf. Gail. P. II. Obs. 25. n. 10. Struv. Exerc. 44. thes. 49. Perez. ad h. t. C. qui pot. pign. n. 22. Nonius Acofta tr. de Priuileg. Creditor. Reg. 2. ampl. 6. n. 9. 10.* Licet de iure communi & ex mente Iustiniani mulier ipsis quoque anterioribus expressis præferenda videatur, *l. vn. C. de R. V. A. §. l. 12. C. qui pot. pign. Brunnem. de Concurf. Cred. c. 5. §. 27.* Quam sententiam prolixè defendit, & ad rationes contrarias respondet, *Amator Rodriquez tr. de Concurf. §. Priuileg. Cred. P. 1. art. 1. n. 28. seqq.*

IX.

Incipit hoc
priuilegium
a tempore
nuptiarum.

Incipit autem priuilegium tacitæ huius hypotheca quo vxor vel vidua in bonis mariti ob Dotem illatam gaudet, ab ipso termino legitimæ cohabitationis maritalis, & consummati matrimonii. *Rodriquez. d. art. 1. n. 184-193.* modo Dotem reuera collatam, atque numeratam esse constat. *sec. Const. Aug. 24. Part. II. Carpz. def. 5.* Ut ut non desint, qui ad desponsatam quoque Iura hæc extendere, eandemque ipsi maritata æquiparare, speciosis fatis argumentis annuntuntur: quos vero vel vnica *l. 12. C. qui pot. pign.* refellit, quoniam priuilegia in legibus exorbitant-

tantibus non sunt amplianda, potius refringenda: neque locum hic habeat communis Ictorum canon: *Beneficia Principum late esse interpretanda*, cum parium sæpe dispar constet ratio, *l. 1. ff. §. 2. de Const. Princip. add. l. 27. ff. de Donat. int. vir. & vx. C. 7. X. de Conuers. coniug.* neque etiam par hic beneficiorum & priuilegii huius causa sit, cum per hoc grauentur creditores reliqui, & sic ob concurrēns alterius præiudicium stricta interpretatio locum inuenire debeat. Formant quidem distinctionem Hahn. *ad Wesf. Tit. in quib. caus. pign. it. de sponsalibus n. 3.* & Bruneman. *ad L. 74. ff. de J. Dot.* inter sponsam de præfenti & de futuro: verum quia hodie inter protestantes sponsalia de præfenti non habentur pro ipso matrimonio, vt inter Canonistas Dn. Stryk. *de Dissens. Sponsal. Sect. 1. c. 1.* priuilegium autem mulieri intuitu matrimonii sit concessum, hæc quoque distinctio corrui. In pactis quoque Dotalibus conuentionale Ius sanciri posse satis firmum, quo portionem statutariam petere superstes possit ante cohabitationem maritalem cœptam, docet Carpz. *Part. III. Const. 19. def. 7.* Quid sentiendum de iis qui consummationem matrimonii ab executione ordiuntur, & fiunt vna caro sine populi suffragio? nec tamen consummant, nec villus ex delicto suo quicquam lucrari debet. Conf. Carpz. *P. III. C. 19. d. 6.* & vir Summus Io. Strauch. *Ien. Disp. III. de Iure Pers. relat. Nupt. & Dot. §. 12. seqq.* plura addere superfedeo.

X.

Competit adhæc mulieri Prælationis hocce beneficium, non solum post fata mariti solutoque matrimonio; sed marito quoque adhuc viuente & ad incitas redacto, creditoribus agmine quasi factæ solutionem vrgentibus:

Competit etiam durante matrimonio.

L. 29. C. de Iure Dot. quæ plerumque finitur Processu ordinario executiuo, solenni subhaftationis more. Bruneman. d. 17. c. 5. §. 27.

XI.

An præferatur Domino feudi & agnatis?

Præfertur inde mulier Dotem repetens, si allodialia (vt vocant) siue hereditaria bona non sufficiant, etiam Domino feudi & agnato res expeditorias (Heergeräthe) petenti. arg. tit. 43. 45. Ord. Proc. Iud. Sax. quæ tamen lure communi non æque procedunt, 2. Feud. 55. confer. Berlich. P. II. Concl. 31. Amat. Rodriguez. d. art. 1. n. 232. seqq.

XII.

Competit hoc priuilegium pro integra Dote.

Neque partem modo pro rata reperere potest mulier in bonis mariti, instar reliquorum creditorum personalitantum priuilegio gaudentium; sed totam assẽm Dotis illatæ, hinc omnis actio pro Dote actionibus solidum persequentibus a Dd. annumeratur, ad L. IV. l. tit. 6. §. 6. Dn. Ludertus Menckenius in Tr. Syn. Inst. ad h. t. Habetque vidua vel vxor in bonis mariti mansionem & alimentata vsque dum ipsi de Dote satisfiat, id quod peculiari Differentatione vberime exposuit Fautor & Præceptor olim valde meus, Dn. D. G. N. Ittig. duodecim ab hinc annis Lipsiæ habita.

XIII.

Bona vxoris distinguuntur.

Distinctim vero consideranda varia vxoris bona siue viduæ, in hereditate mariti adhuc extantia: quarum vindicatione omnibus aliis concurrentibus, quoquo nomine signandi veniant, & primum locum primæ clasfis omnino obtinet. 2) Dos illata cum augmentis, quibus secundæ clasfis creditoribus (exceptis folis de I. Sax. hypothecariis anterioribus expressis, quæ tamen limitatione sua non

non carent) omnibus præfertur. 3) Bona vxoris paraphernalia, quæ longam habent explicationem, & non nisi iure tacitæ hypothecæ fruuntur, nec priuilegio prælationis gaudent, nisi in hereditate mariti realiter adhuc superfint. *Process-Ordnung Tit. 43. §. Was aber ic. Rodriquez. d. art. 1. n. 146.* 4) bona dotalitia seu donatione propter nuptias acquisita, quæ meris chirographariis accensentur iure Saxonico, nisi de expressâ hypotheca simul cautum sit. *arg. Const. Aug. P. I. XXIX. §. P. II. C. 24. add. Schneidew. ad. §. 29. Inst. de Act. n. 62. & Berlich. Concl. 65. P. I. n. 72. Carpz. P. I. C. 28. d. 91. nec non Magnificus Dn. Swendendorferus illustris quondam Præses meus & Patronus summe deuenerandus, in illustri Opere Actionum forensium Sect. I. Cap. II. membr. 1. qu. 13.* Iure Ciuili autem videtur propter donationem propter nuptias ius hypothecæ tacitæ competere. *arg. L. 12. §. 2. C. qui pot. in pign. ibi: habere inter creditores sui temporis ordinem. Richter. ad Auth. Quod locum C. de Collat. n. 12. Struu. S. I. Ciu. Ex. 26. tb. 14. Amator Rodriquez. d. art. 1. n. 154. Non. Aosta d. ampliât. 6. n. 343* Res adhæc propter nuptias donatas hoc quoque priuilegio gaudere, vt ne oppignorare quidem, nedum alienare firmiter maritus possit, licet vxoris accesserit consensus, nisi super accidente necessitatis casu, quæ LL. caret &c. docet *Novell. 61. C. 1. §. 1. 3.* 5) Morgantica, cuius qualitates iuraque distincta neruose explicat *Almerus in Man. Iur. sub. b. rubr.* 6.) legata siue bona per donationem mortis causa vxori acquisita: In quibus coniunctam cum dominio possidere censetur hypothecam, æque ac in dotalibus, per ea quæ tradit *P. Mullerus ad L. 45. ff. de R. I. lim. 3. cui vela pandit h. 1. C. comm. de legat.*

C

XIII. Sicut

Dos quomodo probanda sit.

Sicuti vero Iura prioritatis docere tenentur omnes ac singuli concurrentes ne Iudex in hoc cetera fatis spinoso Labyrintho magis magisque intricetur oberrans & lites adeo in infinitum protrahantur, omnino (quod supra monimus) necesse habet vel vidua vel vxor, documentis fatis firmis probare Iura sibi competentia. Dotem euincere tenetur non tam conuersione *l. 12. §. 1. C. qui pot. pign.* quam vera illatione *Const. Aug. P. II. l. 24. & P. I. C. 28.* in bona mariti quocumque etiam modo dissipata vel consumpta fuerit, add. *Carpz. P. I. C. 28. def. 71.* ad quam vero probandam, non sola mariti sufficit confessio *Gail. II. Obs. 81. n. 1.* licet instrumento quodam, testamento, aut etiam instrumento confirmata: *Rodriquez. d. art. 1. n. 203. seqq.* neque ipsius mulieris iuramentum suppletorium, secundum sententiam Lipsiensium apud *Carpz. c. 1. def. 75.* nisi accedat reliquorum creditorum æque debilis & minus sufficiens probatio, quam fauore suo vincit causa Dotis iureque præfertur, iuxta *Resp. Prud. in Alma Lips. ap. Carpz. P. I. C. 23. d. 76. Rodriquez. d. l. n. 221.* ubi plures limitationes, in quibus mariti confessio sufficit, adducuntur. add. *Nonius Acofta Tract. de Priuileg. creditorum d. ampliat. 6. n. 26. seqq.* Sola tamen mariti confessio obtinet contra heredes intra certum tempus exceptionem non solutæ dotis mouentes, itemque in causa probabili & minus suspecta, vel apocha solutionis per tertium factæ, siue superaccidente vnus tantum testis fide digni depositione: quo vltimo passu & fratres vxoris admittuntur. Licetque bona vxoris in dubio pro paraphernalibus habeantur *l. 1. C. de Dot. caut. a non num.* Dotis tamen constitutionem etiam per præsumptiones probare licet fauorabili-

les:

les: quia præsumtio fieri debet illius quod est melius,
l. 10. ff. de St. Hom.

XV.

Amittit mulier prælationis iura quæ creditis mari- Non gaudet
 ti seu nominibus contractis consensum facit, aut com- mulier priui-
 munem cum marito negotiationem exercet, fitque par- legio si com-
 ticeps detrimentorum *l. 24. ff. profoc.* (limitatur tamen *l. 68. §. 2. t. d.*) vt si quæ nupsit viro notorie prodigo, vel et-
 tiam iam tum obærato vti quidem censet Carpz. *P. I. C. 28. def. 84.* cuius sententia in Saxonia olim recepta, sed postea
 in nouissimis Constitutionibus *Decis. Elect. 6.* iterum reie-
 cta est. Extra Saxoniam quin mulier etiam hoc casu
 priuilegio suo gaudeat, minus dubii est. Brunnem.
Conc. Cred. cap. 5. §. 29. aut si maritus denique ipsa
 culpa vxoris mala fide, luxuriose, remque domesticam
 negligenter curantis, cuius culpa adeo creditores ipsi v-
 na fraudati sunt, iacturam passus sit bonorum. Carpz. *P. I.*
C. 28. def. 85. add. Heigius *P. II. Qu. 7. n. 57.* D. Philipp.
add. Dec. 6. Obs. 4. n. 7. Iura autem deceptis, non decipien-
 tibus sceminis subuenire docet *l. 2. §. 2. ff. ad SCt. Vell.*
 Conf. Amator Rodriquez. *de Concurf. Cred. Part. I. art. 1.*
n. 50. Succurrunt hic quædam circa Renunciationem
 SCti. Vellei. ventilanda, quæ limitationes suas habent, fo-
 roq; Saxonico certis definiuntur legibus; Ciuili vero pla-
 ne non admittenda videtur: Sed hæc nunc adducere ple-
 nius non licet.

XVI.

Neque gaudet mulier prælationis iure, quæ bona Nec si ipsa
 sibi quædam nubens reseruauit, mutuaque marito cum marito
 creditur pecuniam: aut si ipsa cum debitoribus con- vel creditori-
 traxerit & mariti adeo debita sua simul fecerit. bus contra-
 Quæ xerit.
 dona

Quid in do-
nis nuptiali-
bus.

dona tamen nuptialia, quia dotalibus accensentur pro rata prælationis beneficio fruitur: æque ac in impen-
fis nuptialibus, conventionaliter factis, repetendis. Sicut e contra bona mulieris aliunde, aut etiam per hereditatem acquisita, paraphernalibus annu-
merantur, & prælatione destituuntur, etiamsi nulla plane Dos præcesserit. Dotis quoque nomine Iure-
que Prælationis æque firmo fruitur Dotalitium, quia Dotis naturam habet.

XVII.

Ius prælato-
nis non tran-
sit ad heredes

Neque Prælationis hocce privilegium ad heredes, aut emtores, aut cessionarios transit, quia personallimum, si ita loqui fas est, audit: nisi quod descendentibus seu liberis legitimis in Dote materna prælatio Iure repræsentationis (adeoque non vt heredibus) sed liberis heredibus, propter quos data imprimis sunt privilegia Dotis. *l. 1. ff. Solut. matr. add. Carpz. P. I. C. 28. def. 96. concedatur, Conf. Amator Rodriguez, d. art. 1. n. 84. Nonius Acoſta d. Reg. 2. ampliāt. 6. n. 130. 131.* Siue ante patrem diem suum obierit mater siue post, in tantum, vt etiam nouerca, Dotem suam repetenti, prioritatis causa præferantur, secundum regulam: *Qui prior, tempore Iure quoque potior habendus. l. 2. 7. 12. §. 2. C. qui pot. pign. & Nou. 91. c. 1.* exceptis tamen contra nouercas anterioris matrimonii filiis, quibus pro Dote matris suæ iam dedimus hypothecam &c. vt ipse Imperator loqui amat *l. 12. d. 1. §. 1.* quam vero sententiam mutare & beneficium extendere videtur *Nou. 91. pr.*

XIX.

Bene tamen
ius tacitæ hy-
pothecæ.

Aliter se habet in Iure tacitæ hypothecæ, Doti competente, quod non solum ad liberos & nepotes; sed etiam

iam heredes & cessionarios quocunque nomine veniant, legitime transfertur. *l. 28. ff. d. R. I.* Quia reale Ius, quale est hypotheca, contra naturam personalis rebus semper inhæret. expl. *Carpz. d. l. def. 99.*

XIX.

Quid Iuris, si concurrant vxores vel liberi earum, vel nepotes in repetenda dote? Tunc, si vtraque Dos in bonis mariti adhuc superfit, vel rota vel pro parte, vtrique pari Iure suum deberi, quantum extet: sin secus, quæ diuortio separata fuerat, vel eiusdem heredes descendentes succedenti præferri, pluribus euincit. *Godofr. in not. ad l. 10. C. qui pot. pign. nisi locale Ius siue Statutum communi legi Nou. 91. c. 1. deroget. Amator Rodriquez. d. art. 1. n. 90.*

Quid si plures vxores vel liberi eorum concurrant?

XX.

Superaddimus Ius pignoris & dominii prælativum, mulieribus æque ac minoribus & pupillis competens in bonis vel rebus sua pecunia cœmtis, etiam si hypothecam in iis expresse non reseruauerint: *Rodriquez. d. art. 1. n. 145.* vbi cum distinctione respondet. Sed & rerum vel utensilium, quæ uxor manu sua fecit, quia naturam peculii habent, & à bonis mariti in concursu creditorum plane excluduntur. *arg. §. 1. I. per quas pers. cuique acqu.* alia enim ratio est, si hæc ab heredibus mulieris a marito repetantur extra concursus aliam. sec. ea quæ adducit *Carpz. P. III. C. 25. def. 8. seq.*

De bonis pecunia vxoris emtis.

De rebus ab vxore ipsa confectis.

XXI.

Statutorum hinc inde singularia prudens prætereo, campus enim hic varet peramplus: De Freiberga saltim submoneo, maiori fere ibi Iure gaudere maritum in bonis vxoris, quam secundum Ius Commune vxorem

Singulare statutum Freibergense.

rem in bonis mariti vid. Statut. Freib. de Ao. 1676. Cap. 8. §. 6. & 7. seqq.

XXII.

De Actione
pro repeten-
da Dote.

Subiungimus confinis argumenti causa actionem ex stipulatu pro Dote, quæ est actio Ciuilis b. f. competens vxori aut eius Parenti de Dote illata, profectitia pariter & aduentitia, non æque ac receptitia, vt pote quæ per Actionem stricti Iuris petitur, §. 6. I. de Action. Strauch. Ien. Diff. III. ad I. Iust. apb. 19. & Dd. pasim. Datur autem ad recuperandam Dotem, cum omnibus fructibus a marito perceptis, ante & post nuptias contractas l. 7. ff. Sol. matr. & ibi Dd. quæ a marito reperitur matrimonium soluente, impetrato tamen beneficio competentiæ. l. vn. C. d. R. V. A. Cui etiam cohæret Ius tacitæ hypothecæ in bonis mariti, cum priuilegio Prælationis, quo mulier eiusque liberi, Dotem illatam repetentes, omnibus omnino creditoribus præferuntur; nisi quod Iure Sax. speciali expressam anteriorem hypothecam habentibus prioritas quodammodo concedatur. Vti supra. §. 3. 9. b. cap. Conf. l. fin. C. qui pot. pign. O. P. S. Tit. 43. Philip. V. P. I, l. 4. Eccl. 53. seqq

CAP. III.

DE

PRIVILEGIIS FISCI.

Th. I.

Agitur hic de
Fisco Principis & Magistratus.

VArias Fisci interpretationes supra exposuimus. In specie hic nobis agendum erit de Fisco Principis, qui τὸ κύριον habet in suo territorio, & Magistratus ordinarii cuiusque loci, horumque Iure Prælationis in Concurfu creditorum.

II.

II.

Ad Fiscum in genere omnis pecunia ad vsus publicos destinata, refertur. *iux. Col. Arg. de Iur. Fisci. n. 5.* Sub initium vero mutati Status in Republica Romana distingui cœpit inter Ærarium & Fiscum, quorū illud reditus complectebatur publicos, Principi vt Principi, ad dignitatem seruandam vsumque publicum debitos. *l. 2. §. 4. ne quid in loc. publ.* Sed omnibus postea ad Principem translatis, Fiscus & Ærarium Synonima inter se facta sunt, *L. 1. §. 9. ad L. Cornel. de fals. §. f. l. de vsucap.*

Fiscus & ærarium hodie non differunt.

III.

Fiscus nostris moribus appellari consuevit Camera, s. locus publicæ pecuniæ afferuandæ destinatus, tam Principis, quam Magistratus cuiusuis in vrbibus & oppidis, liberis pariter ac municipalibus, vulgo die *Cammer/ Kensch-Cammer/ Cämmerey* &c.

Quid hodie sit Fiscus?

IV.

Causæ Fiscales sunt omnia ea quæ Procurator & Ad-uocatus Fisci, vel Principis, vel Magistratus vel publico nomine, processu ordinario, vel etiam summario, pro qualitate causarum prosequuntur.

Quæ causæ Fiscales?

V.

Fisci Ius competit Iudici s. Magistratui, qui habet merum Imperium s. Iurisdictionem superiorem (cuius relatum est *basia*) in rebus pro derelicto habitis: in Gerada Saxonica, nulla cognata existente: in omnibus bonis defuncti, nullis heredibus legitimis existentibus; non æque in hereditate supplicio affecti, siue testatus sublatus sit, siue intestatus, quia heredes eius Fiscum excludunt, nisi ad confiscationem omnium bonorum expresse condemnatus fuerit. Extra Saxoniam tamen cum mero

Cui competit Ius Fiscis?

Im-

Imperio Ius Fisci non coherere verius est. Brunnem. ad
L. 1. ff. de Iure Fisci n. 3. & ibi citati:

VI.

Fiscus vnde
Prælationem
habeat?

Privilegium Prælationis quod Fiscus habet propter
tributa debita, fundamenta arcescit ex L. 1. C. si propt. pens.
publ. Originem vero ex utilitate & necessitate publica,
siue Reipublicæ, quæ nervos suos inde trahit. Dicitur &
a nonnullis Ius Regium, quoniam supremo Principi eius-
que Fisco, in signum præeminentiæ ad Imperii dignita-
tem & maiestatem conseruandam primario competit. iu-
xta Christoph. Urbach. in Disp. Feud. de Regalibus. Infe-
riores autem magistratus hoc non nisi ex concessione su-
premi Principis gaudent. add. Klock. c. 3. de Contribut. n.
163. & cap. 5. per tot.

VII.

Quem locum
Fiscus habeat
in classe pri-
ma.

In Concurſu Creditorum præfertur Fiscus classe pri-
ma, loco septimo, reliquis concurrentibus nomine colle-
ctarum, aliarumque publicarum exactionum: quia pro
tributis etiam futuris bona subditorum sunt obligata, &
possessor domus vel agri, vel cuiusque possessionis tribu-
tariæ præstanda soluere tenetur, licet primarius debitor
non sit, regressum tamen habeat ad personam illam prin-
cipalem s. antecessorem, locatorem, venditorem &c. Hoc
que induitum censetur privilegium Prælationis nõ Prin-
cipibus solum, qui τὸ νόμιον & Ius Fisci habent; sed etiam
aliis magistratibus inferioribus, quibus tributa debentur.
Carpz. Iurispr. for. P. I. C. 28. §. 47. & P. III. C. 16. §. 11.

VIII.

Quem in
Classe secun-
da?

In Classe secunda Concurſus Creditorum loco secun-
do Ius prælationis Fisco assignatur inter Concurrentes,
qui præter Ius reale siue hypothecam tacitam personale
quo-

quoque habent priuilegium, hocque nomine præferri debent. Inter Fiscum debita vero non quoduis Magistratus debitum referendum esse, bene monet. Carpz. *P. I. C. 38. d. 102. n. 7.* Quia Fiscus ea proprie pecunia vocatur, quæ ad conseruationem Reip. constituitur, bona scilicet vacantia, bona hæreticorum, pecunia pœnalis &c. & in quam plurimis priuatus anteriorem hypothecam habens, potior est. *l. 8. l. fin. §. 1. ff. qui pot. in pign.* Sichard. *ad L. 4. C. b. t. n. 3. seqq.* Hocque ius prælationis restringendum tantum esse ad eorum bona, quibus tributa indicta fuerunt, non uero extendendum ad bona collectorum seu exactorum, apud quos pecunia ex administratione residua mansit: cum id debitum ueniat ex contractu, a Fisco cum administratore inito &c. supermonet Dn. Ziegl. *Diff. de iur. Collect. §. 51.* In contractibus enim præter tacitam hypothecam nullo alio Fiscum priuilegio gaudere, quam quod in rebus post quaesitis potior sit eo, cui debitor antea iam obligauit bona præsentia & futura, euincunt ex *l. 28. ff. de iur. Fis. Franzk. Lib. I. resol. 14. n. 22.* & Meuius *P. IV. Decis. 253.* quanquam de hoc ipso multa adhuc inter Dd. lis uerferur, qua de Wissenbach. *ad ff. P. II. Disp. 39. n. 10.*

IX.

Præferur autem Fiscus omnibus hypothecariis posterioribus: quin etiam anterioribus, sed in ius tantum bonis, quæ post contractam hypothecam quaesita sunt, uti ex parte dictum est: cuius rei probatio incumbit agenti, siue is prioritatem affirmet siue neget. Exceptis tamen pœnis fiscalibus, quarum ratione Fiscus solam habet tacitam hypothecam a tempore condemnationis,

Fiscus præferur hypothecariis.

D

tionis,

tionis ideoque anterioribus plane non præfertur. Carpz. P. I. C. 28. def. 104. Chemnit. Diff. de Iure prælat. Credit. 1b. 171.

Quid in Col-
lectis.

X
Præfertur Fisci nomine Magistratus Iure collectandi gaudens, in Classe prima Creditorum supra nominata; etiam iis, qui ius pignoris acquisitum habent, antequam collecta imponeretur, quia non tacitam hypothecam solum, sed ius Prælationis quoque habet. Siue ordinaria sit collecta, siue extraordinaria, & quocunque nomine indigitetur. Confer. Ziegl. cit. Diff. de Collect. 52. seqq. Richt. de Prior. Credit. c. 2. memb. 5. n. 18. Quod si vero debitor collectas tanquam exactor ab alio exegerit, non gaudet prælatione Fiscus, sed tantum tacita hypotheca. Amator Rodriquez de Concurf. Cred. P. I. art. 5. n. 1. seqq.

Vom Hülfz
Gelde.

XI.
Collectis quoque & tributis proximo gradu ea pecunia annumeratur, quæ dicitur Hülfz-Geld / a Magistratu in actu executionis maturandi Processus causa suppeditata: ita & in executione criminali erogata, **Peinl. Unkosten.**

Ius prælat.
non obtinet
in bonis ex
contractu
debitis.

XII.
Excluduntur ab hac prælatione in prima Classe Creditorum Fisco assignata, quæ Magistratu contractus quodam nomine debentur: quæ tamen hypothecariis posterioribus præferre fas est.

XIII.
Excipiuntur suggesta seu mutuata ab inferiore Magistratu superiori debita tributa. e.g. Verlegte Land- und Tranc-Steuer &c. quorum repetitio primario hoc Iure prælationis ad quadriennium gaudet. Carpz. ad Const. Aug. 28. P. I. d. 52.

XIV. Ex-

XIV.

Excludunt nostri Laudemium (*Lehn-Wahre*) Quid in
quia ad onera & tributa annua ordinaria non pertinet ; Laudemio ?
Ius tamen ei tribuunt tacitæ hypothecæ, sed absque præ-
lationis beneficio. Alia est ratio Canonis Emphyteutici
(*Erbzins*) Decimarum, Census (*Geshoss*) reddituum-
que varii generis annuorum, (quibus & illi annume-
rantur, quos *wiederkäufliche und unabledliche Zinsen*
appellare consuevimus) qui Magistratui tam Politico,
quam Ecclesiastico & piis causis debentur, atque omni-
no primario prælationis iure fruuntur. *Constit. Aug. Elect.*
c. 1. & Decis. El. 62. per t. t. item Proceß-Ordnung. Tit. 50.
Carpz. L. IV. Resp. 12. n. 1. seqq. add. Dn. Martini Comment.
Forens. in Ordin. Proc. Sax. Tit. 42. p. 1374. late de hoc iure
Prælationis, eiusque rationibus & considerandis a-
gens.

XV.

Debitor sine heredibus legitimis mortuo, Magi-
stratus Fisci nomine hodie Ius habet, Curatorem bono-
rum constituere, cui administratio eorum committitur, *Magistratus*
donec publice vendita distribuantur, atque singulis cre-
ditoribus in quantum liceat satisfiat, *Fisci nomine*
L. fin. ff. de Cur. bon. *curatorem*
dando. Philippi V. P. I. L. 1. Eccl. 40. Aliter se habebat vete-
rum Romanorum more, quo dominium bonorum de-
functi debitoris ei concredebatur, qui debita defuncti ex-
soluere in solidum, cautione se obligabat: vt libertates a
defuncto præstitæ conseruarentur. Iuxta verb. tit. *bonorum*
de eo cui libertatis causa bona addicuntur. add. *constituit.*
de Success. subl. & Scto Claud. & Philippi l. c. lib. 3. Eccl. 36.
seqq.

XVI.

Stupenda sunt & abominanda, nedum Pastorem
 ouium Christi decentia, quæ refert Klockius *Tract. d.
 Contribut. Coucl. 3.* Wenn ein leibeigener Mann verstorben/
 und keine Haab/nach Nahrung verlassen/davon der Bischoff/
 (qua reditus Fisco suo debitos) hat können bezahlet werden/
 so hat man dem Verstorbenen die rechte Hand abgehauen/
 und dem Herren gelieffert / &c. Quibus addit, Io. Herm.
 Stamm. *Tract. de Homin. propr. c. 22. n. 7.* in Ducatu
 Brunsv. & Hassia vsitata: Si maritus præmoritur, vxor
 tenetur Magiftratui dare vestimenta mariti, cum lecto
 parato; pagano Magiftratui bouem, Pastori loci gal-
 lum gallinaceum, ædituro farcimen &c. add. Paullini
Syntag. Rer. Germ. in Diac. Halberst. sed hæc per digressio-
 nem *ως εν παραδοχ.*

XVII.

Jura Fisci tol-
 luntur præ-
 scriptione.

summe dicit
 quoniam
 collata

Regalia tamen Fisci & præminentias præscri-
 ptionibus quoque esse obnoxia, euincunt post Herm.
 Vultei. *l. i. de Feud. c. 9. n. 23.* Zang. *de Except. P. 3. c. 10. n.
 11. 283.* Meuius *Part. 4. Decis. 66.* Klok. *de Contrib. c. 16. Sect.
 2. n. 17.* & plures alii.

XIII.

Et successio-
 ne in bona
 privati.

Euanescunt quoque Jura Prælationis Fisci in bonis
 privati, cui succedit, quouis titulo: quia cum onere
 res transit ad Fiscum quasi priuatum, adeoque ad mu-
 nera sustinenda, privati instar compellitur *l. 1. c. de
 Priuil. Fisci. & l. Fiscus ff. de I. Fisc.* Siue civilis Fiscus sit,
 siue ecclesiasticus, maximo alias beneficio gaudens, *c.
 si tributum 11. quest. 1. & c. tributa 23. quest. 8.* Executione
 tamen rigorosa & ordinaria res ecclesiasticæ merito
 excipiuntur, quia Deo dantur, quæ Ecclesiæ dantur,
 sicque

ficque fiunt sancta sanctorum &c. ita satis superstitiose cum papicolis censente Hier. Schurff. *Consl. 44. n. 5. cent. 1. add. L. 5. C. de SS. Eccl. c. 7.* pariter ac clericorum, & liberalium artium Professorum, quorum scientia totus illuminatur mundus, vt habent verba *auth. hab. C. ne filius pro Patre*, Doctorum, Licentiatorum &c. siue in siue extra Academiam viuant. Conf. Klock. *de Iur. vettig. concl. 33.* Iac. Benius *Tr. de priuil. Dd. P. 3. priu. 96. n. 5.* idem *de Contrib. c. 15. n. 12.* sed & liberi eorum, vxores & viduæ, quia patrem & maritum repræsentant. *l. 2. §. ult. C. de agric. & cens. L. fin. C. de agent. in reb. nisi mutent statum.* Walth. *de Priuil. Dd. c. 15. §. 105.* Richt. *ad auth. hab.*

CAPVT. IV.

De

CONCVRSV DOTIS ET

FISCI.

Th. I.

AD vltimam iam peruentum est Dissertationis Connexio. partem, ad quam tamen nisi adductis præcedentibus, progressum facere non licuit. Videamus ergo quid iuris in concursu Dotis & Fisci?

II.

Doctores communiter quinque, Augustus El. Sax. *Consl. 28.* Octo Concurrentium Classes constituit. Quo conferri possunt. Io. Mich. Beuther. *Libris II. de Iure Pralat. passim*, Math. Berlich. *P. I. Concl. Pract. 63.* & Carpz. *d. C. 28.* per tot. in his Classi primæ annumerantur (1) Impensæ funerum, (2) Salaria domesticorum, (3) Impensæ in Processum factæ (*Gerichts-Kosten*)

Quot sint
classes credi-
torum.

D 3

200 V

sten) (4) impensæ medicinales debitoris ægrotantis causa factæ, (5) Tributa publica, (6) pecunia hereditaria, (7) Dos muliebris, (8) Fiscus in bonis post contractum acquisitis, &c. add. Philippi *Proc. Sax. Tit. 41. seqq.* & Excellent. Dn. Menke *Tract. Syn. Pand. fol. 530.* vbi prolixè distributiones classium foro communi & Saxonico vtitatæ recensentur. Hæque enumeratæ species prælationis beneficio primario gaudent.

III.

Vnde natum
fit prælationis
Ius.

An valeat in
alterius iniuriam?

Natura homines omnes sunt æquales *l. 32. ff. d. R. I. Ius Gentium & Ciuile differentias introduxit, certisque legibus personas distinxit, & priuilegiis, ex quibus nata sunt Prælationis Iura. Quamuis vero priuilegia & prælationes, de quibus nobis h. l. sermo, non sint concedenda in iniuriam alterius, (arg. l. 40. ff. de admin. tut.) damnum tamen priuato illatum commodo boni publici, quod omnes omnium vtilitates complectitur, pensari, summonet *l. 1. ff. de euict.* Causas supra exposuimus *Cap. II.* Transeo, priuilegio vtentem Iure concessio, nemini de Iure facere iniuriam *l. 13. §. 11. ff. d. iniur.* quia generaliter iniuria dicitur omne id quod non iure fit, *pr. Inst. de Iniur.**

IV.

Priuilegiatus
cum priuilegiato
concurrente hic
vritur priuilegio.

Priuilegiatus cum priuilegiato concurrente, iure communi potius vtitur, quam priuilegio. *l. 8. pr. ff. de excus. tut. §. 1. 11. §. pen. ff. de minor.* Quod tamen non semper procedit in Concurſu Dotis & Fisci, cum certis legibus cautum sit de alterutris Prælatione in hoc vel illo casu. *l. 22. §. 1. & 28. ff. de priuileg. cred. add. Steph. Grat. T. IV. Discept. forens. Cap. 665. n. 13. seqq.*

V. Dos

V.

Dos æquiparatur Fisco. *l. 2. C. de priu. Fisci, & §. bis consequ. Authent. de equal. Dot.* Sed ceteris paribus. Priuilegium enim priuilegium superat, quo vel mulier Fisco, vel Fisco mulieri præfertur; vti ex iam dictis patet & imposterum dicendis latius patebit. De qua equidem Prælatione diuersimode admodum inter Dd. controuertitur, suis quosque nifos rationibus.

VI.

Dos præfertur Fisco Iure *νεωροπεαξίας* hypothecario, gaudetque regula Iuris tritissima: qui prior tempore iure est potior. *iuxt. c. 54. d. R. l. in 6.* Et quia vxor adhæc in Dote maiori priuilegio dorata est, quam reliqui priuilegiati, Wesenbec. *Paratit. ff. de Priuil. Cred. n. 6.* & omnibus hypothecariis de Iure Ciuili indistincte præfertur. *L. 12. C. qui pot. pign. & l. ult. ff. b. t.* Modo liquida sit Dos & capax priuilegii, omnique adeo exceptione maior.

Dos prior
præfertur
Fisco.

VII.

Fiscus præfertur Dote, pariter ac omnibus concurrentibus, siue tacita hypothecantur, siue expressa, æque vt generali vel tantum speciali; in bonis scil. post Contractum Debitoris cum Fisco acquisitis. *l. 1. 2. C. d. Priuil. Fisc. add. Carpz. Part. I. C. 28. d. 103.*

Fiscus Dote
in bonis po-
stea acqui-
sitis.

VIII.

Fisco præfertur Dos in vno eodemque casu pari passu concurrentis, ambiguo scil. termino *Contractus Fiscalis & Instrumenti Dotalis* intercurrente: quo casu causa Dotis est fauorabilior, quam Fisci, arg. *l. in ambig. ff. de R. I.* Exempli gratia: Si de die vel etiam hora in alterutra harum pactionum nihil certi constet, pro Dote potius pronuntiandum esse Dd. censent, annot. Salgado de Somoza

Quid in du-
bio.

P. II.

P. II. Labyr. Cred. c. 4. n. 169. Quo casu dubio contra Fiscum de iure respondentibus vel decidentibus omnem scrupulum videtur eximere tritissimum illud Herennii Modestini, in præiudicium Fisci quotidie allegari solitum: *Non delinquere illum, qui in dubiis questionibus contra Fiscum facile responderit. l. 10. ff. de I. Fisci.* Peccare tamen quandoque & abuti indulti huius beneficio contra Fiscum pronunciantes, etiam si non iniqua sit petitio Fisci, conqueritur Illustr. Dn. Stryk. *in præf. Dissert. de Sententia contra Fiscum ferenda* cum tamen Fisci causa publica sit, Favor autem Reip. maximus, magnumque adeo discrimen intercedat priuatam fortem & inter regale culmen. *L. 3. C. de quadr. præscript. & Nou. 160. n. 1.* vbi Imperator noster Fisci non minorem, quam ipsius Ciuitatis seu Reipubl. curam esse, expressis verbis asserit. Quid ergo nunc dicendum? Scilicet adhuc existimamus si dubium sit, quis prior Fiscus an Dos, adhuc pro Dote respondendum in dubio esse putamus, cum & Dotis causa ad publicum interesse pertineat *L. 2. ff. de Iure Dot.* Quia in concursu duplicis causæ priuilegiatæ præferenda quæ magis est priuilegiata. Talis vero est causa Dotis: quia Dos præfertur etiam creditoribus priorem hypothecam habentibus, non Fiscus: qui non aliter prioribus hypothecariis præfertur, quam in bonis post contractum acquisitis. vide *Cap. 3. ib. IX. & XII.* Vid. Amator Rodriquez. *d. tr. P. 1. art. 2. n. II. seqq.* vbi & ad leges obstantes responderet. Aliud in debitis Fiscalibus ex tributorum causa obtinet, cum tributa semper Dote præferantur. Illustr. Dn. Stryk. *d. Diss. S. 45. & ibi citati.*

IX.

Id quod in bonis quoque post contractum fiscalem

ac -

acquisitis procedere, fauore Dotis & præclufione Fisci, *Je- uincit l. ult. ff. qui pot. pign.* Æque ac si priuatus concurrat cum Fisco de prioritate: quo passu tam Fiscum vincit quam priuatum mulier ratione Dotis: non tam Fiscum vincens concurrente, quam victorem Fisci priuatum beneficio prælationis, *arg. l. 8. 12. ff. qu. pot. pign.* Bartol. P. I. *Conf. 65. n. 11.* Gratian. *Discept. forens. C. 154. 157.* Cum priuilegia eiusmodi personalia concurrentia non tam ex tempore æstimanda veniant, quam causa. *l. 17. ff. de priuileg. credit.*

X.

Fisci vel *Ærarii* publici potius nomine comprehenduntur Contributiones (*Steuern und allgemeine Unlagen*) quæ Ius prælationis habent supereminens & Dotem postponunt. *L. 1. C. si propt. pens. publ. Carpz. P. II. C. 28. d. 47. seq.* vbi censui publico etiam collectæ extraordinariæ expressæ annumerantur, *Wächter = Fröhne = Hufen = Defension = Discretion = Präsent = Geld / Peinliche Unkosten / it. Hülf = Geld und Gerichts = Kosten / ic.* Excipiuntur tamen bona quædam in hereditate mariti adhuc extantia, de quibus supra Cap. II. fusius egimus. *conf. Thur = Säch = Proceß = Ord. tit. 42. desgleichen wenn ein Weib ic.* quia omni iuri & æquo repugnaret, creditores non ex debitoris, sed alienis quoque bonis sua repetere posse, &c. vti notanter c. l. additur. Licet in Marchia Elect. Brandenburgica Iure quodam speciali, contra commune Ius Ciuile & Sax. cautum sit, vt Fiscus Principis & Magistratus localis, quatenus Iure collectandi gaudet, omnibus omnino creditoribus, quouis etiam nomine sua repetant, præferatur. Ita enim *Recessu Pron. March. d. 1653. publicato §. 29.* expressis verbis sancitur:

Fiscus Doti præfertur in Contributionibus & Collectis.

Nisi bona vxoris extent.

Specialis Marchiæ Constitutio.

E

Die

Die Contributions-Reste gehen allen Creditoren / NB. auch denen / so ein Ius Separationis zu haben vermeynen / vor / und muß bey denen Distributionibus in Acht genommen werden / daß wenn schon aus Unwissenheit dieser unserer Ordnung an fremden Orten ein anders erkant seyn möchte ; iedoch unsere Tribunalia in iudicando & pronunciando sich hernach zu achten wissen werden. Idque iuris in dicta Marchia Brand. iam dudum ante public. Recessum obtinuisse, docent verba Rescripti Sereniss. ad Sen. Berol. A. 1603. So wollet Ihr nach Vielheit der verseßenen Schöße (quæ speciales & extraord. Magistratus subordinati seu localis collectas inuolunt) weil dieselben zu Recht priuilegiret, auch in Concursu Creditorum in unsern Chur-Fürstenthume allen Schulden vorgezogen werden sollen / ein Stück Gut / welches am ersten geloset werde kan / ohn Unterscheid der Personen ungeachtet aller Widerrede oder Befehls verkauffen / und euch daran erholen. &c. quæ singula pluribus persequitur Fridr. Müllerus in *Pract. Ciuili Marchica*, Resol. 95. n. 26. vsque 31. Rigori tamen huius Constitutionis eximit Brunnemannus (*ad l. 2. §. 13. ff. ne quid in loc. publ.*) eos, qui Iure Domini mobilia petunt, quæ oneribus publicis non subiacent.

XI.

Præfertur
Doti in causa
p. imipilari.

Fiscus cum Dote concurrens in bonis mariti Fisco obligati præfertur Doti: & non præfertur modo, sed quoque Dotem excludit, in iis scilicet, quæ ex causa primipilari Fisco debentur, *L. 3. 4. §. 12. C. de primipil.* add. Hartmannus *Tit. 27. Obseru. pract. 21. n. 5.* Borg. *Inuest. I. Ciu. p. 356. n. 4.* Wesenbecc. in *Parat. ff. in quibus causis pignus. n. 5.* fauore boni publici, qui rigorem hunc Legis primipilariæ mitigare & excusare videtur ob id, quod Fisci redditus sint quasi nerui, robur & anima totius corporis ciuilis & militaris, firmissimumque Reip. fundamentum, secundum

dum Mant. de tacit. & ambig. conuent. L. 11. tit. 18. quibus destitutum neruis, siue alimentis vigoris sui naturalis, ipsi in corpus facile corrueret. De quo iam supra monuimus, repetentes Taciti illud conforme nostro morale: *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod tamen utilitate publica pensatur.* Accedit presuntio communis, cum primis si curta suppellex fuerit neogamis ante impetratam administrationem publicæ pecuniæ, neque etiam ex hereditate accessio quædam facta sit pinguior eorum bonis, plurimam partem diuitiarum & facultatum ex concreditis Domini seu Fisci promanasse, quæ tanquam a Domino mutuata intermedio tempore in possessione habuerint & usufructu, dominio in iis vero Domino remanente, arg. L. 7. C. & ff. qui pot. pign. Hinc vxoribus, de Dote sua si securæ esse cupiant, Dd. suadent, ne nimium maritorum ausibus indulgeant, aut, si dehortationi earum nullus detur locus, denunciationem suæ causæ faciant superioribus, addita protestatione: alias enim participes delicti fiunt, atque Dotem pariter ac Dona nuptialia Fisco cedere necessè habent confer. L. 1. 3. C. de Condict. ex Lege. Damhouderi Prax. Crim. C. 117. n. 6. Regnerus de Primipilo. Lucas de Penna. ad Cod. tit. de Primipilo. Peregrinus de I. Fisci. l. 6. tit. 6. n. 43. Castrensis L. 1. & 2. C. de I. & Priuil. Fisci. Duarenus ad tit. C. de condict. ex L. p. 1232. Beuther. L. 1. Consult. d. I. prelat. Credit. cap. 58. Cuiac. L. 2. obs. 24. **Chur. Sächß. Proceß. Ord. tit. 45. §.** So sind auch die Güter derjenigen etc. vbi variis argumentis in hac causa pro & contra disceptatur. Nec solum ipsum Fiscum, sed etiam priuatum, qui in militiam usumque publicum urgente necessitate credidit, omnibus hypothecariis anterioribus expressis, & ipsi adeo mulieri Dotem

Præfertur etiam priuatus in usum publicum pecuniam credens.

tem repetenti præferri, & Fisco æquiparari, docent Gail. *L. 2. Obsf. 2. & Rittershus. in Exposf. Nou. P. 3. C. 8. n. 9.*

XII.

An Fiscus
Ecclesiasti-
cus Dori
præferatur?

Quid de Fisco seu Ærario Ecclesiastico statuen-
dum? Non desunt, qui Ecclesiæ tacitam hypothecam
in bonis administratoris sui seu Oeconomi competere
negant, cum nullibi expressum eius Priuilegium in Iure
reperiatur, neque hypotheca inducatur, nisi in casibus
a Iure expressis *l. simile ff. ad municip.* Albericus *ad L. 2.
C. in quib. causf.* Affirmantium vero potior ratio vide-
tur, qui pro sententia sua allegant *C. sicut vir. XI. & C.
sicut alterius XXXIX. 7. qu. 1.* quod Prælatus mariti instar
Ecclesiæ habeatur, adeoque Ecclesia in bonis Prælati
& cuiusuis alterius administratoris tacita gaudeat hy-
potheca, æque ac mulier in bonis mariti: ita tamen, vt
sicut vxor a die contracti matrimonii tantum; sic etiam
Ecclesia non a die damni dati, sed potius termino susce-
ptæ administrationis Ius suum acquisitum computare
valide possit. Escobar. *de ratiocin. c. 39. n. 13. Confer.
Philippi Proc. Ind. Sax. Tit. 45. Confid. I. §. 3. seqq.* vbi Re-
sponsum Scab. Lips. in causa muliebri contra Fiscum
subnectitur seq. tenoris: Da aber dennoch gedachtem N.
N. eures Weibes Vormundschaft etliche Jahr zuvor / ehe
das Kirchen: Geld erborget / auffgetragen worden / etc. So
würde eures Weibes Forderung der Kirchen Schuld / Inn-
halts der Rechte / und Churfürstl. Sächs. Gerichts: Ordnung /
billig vorgezogen. W. H. W. add. erudite pro more hanc
in rem differens Dn. Ziegler. *in speciali Tract. de Dot. Eccl.
cap. 12. seq.*

XIII.

An Fiscus

Pari quoque Priuilegio Prælationis & Exclusionis
frui

frui Fiscum seu *Erarium* elemosynarum, Hospitalia Eleemosynarum, & pias causas, quæque sub generali hoc nomine comprehenduntur, nulli dubitamus: quia Rebus publicis, Ecclesiis & minoribus æquiparantur, amplissimoque favore nituntur. conf. *Neguzanzius de Pignor. 4. membr. 2. post princip. n. 119. 122. seq. Ludouicus Decis. 30. n. 7. Wensembecc. in Parat. ff. in quib. caus. pign. n. 5.* qui Primpili nomine non solum officiales *Erarii* militaris (*Proviants = Kriegs = Zahl = Schatz = und Pfennig = Meister* & qui his subordinati sunt) sed etiam civilis seu provincialis (*Beamte / Schöffer / Einnehmer* &c.) & Ecclesiastici (*Præbenden = Einnehmer / Vniuersität = Schul = Hospital = Verwalter / Almosen Pfleger* &c.) comprehendendi euincunt, adeoque Dominos eorum in ipsorum bonis tacitæ hypothecæ iure priuilegioque Prælationis iuste uti docent; etiam contra uxorem. add. *Angelus ad tit. C. ne uxor pro marit. § 1. i. C. de priuileg. Fisc.*

XIV.

Fiscus pœnas persequens in obærato & sibi obligato Prælationis hocce beneficio non fruitur, sed Doti pœnam non præfertur. concurrenti cedere necesse habebit: quia respectu mulctarum, plerumque omnibus creditoribus postponitur Fiscus, nisi priuatis creditoribus etiam ex delicto aliquid debeatur, quo casu Fiscus præfertur, per ea quæ huc affert *Hippol. Bonacoss. in opin. com. crimin. per. t. t. verb. Fiscus.* Hocque casu non tantum de Dote, sed quoque donatione propter nuptias mulieri ad satisfactionem teneri Fiscum, docet. *Rol. a Valle Conf. 31. n. 33.* quoniam in Confiscatione semper excipitur Dos & Donatio.

E 3

XV. Quid

Nec per Con-
fiscationem
bonorum v-
xor excludi-
tur.

Quid iuris, si proscriptus vel banno (vt vocant) supe-
riore reus condemnatus fuerit, aut etiam crimen maxi-
mum læsæ maiestatis (de quibus supra de *Iuribus Fisci* e-
gimus) admisserit, circa Dotem repetendam? Licet om-
nia rei bona tunc Fisco cedant, rigori tamen Fiscali Do-
talia vxoris bona merito eximi, Dd. statuunt, ne inno-
cens puniatur ex delicto alterius, arg. *L. 2. ff. ne vxor. pro
marito*: ob maritorum culpam vxores inquietari leges ve-
tant. *§. l. 24. C. de Donat. inter vir. & vxor.* vbi verba
Constant. Imp. *Res vxoris, quæ vel successione qualibet, vel
emtionem, vel etiam largitione viri in eam ante reatum iure per-
uenerant, damnato ac mortuo ex pœna marito, vel in seruilem
conditionem ex pœna qualitatem deducto, illibatas esse præcipio,
nec alieni criminis infortunio adstringi vxorem: cum pater-
nis maternisue ac propriis bonis frui eam, integro Legum sta-
tuto religiosum sit. &c.* maxime vxoribus patrocinantur.
Excepto tamen casu, quo vxor fit particeps delicti, adeo-
que & pœnæ, secundum vulgatum illud: *Mit gefangen
mit gebangen.* confer. Vincentius de Franch. *Decis. 52.
& Carpz. Prax. Crim. Q. 130. n. 44. seqq. & Q. 135. per t. t. it.
Q. 41. & Qu. 140. per t. t.*

XVI.

Nec per pro-
scriptionem.

Limitationem aliam superaddit allegata *L. 24. ff. de
Don. inter vir. & vx.* Si aqua & igni tantum condemnato
interdictum fuerit, vel deportatio (quæ bannum speciale,
vel etiam minus recentioribus audit, alias Proscriptio) il-
latâ, non tamen mors ex pœnâ subsecuta: Donationes a
viro in vxorem collatæ adhuc in pendentem maneat, quia
nec matrimonium in his casibus dissoluitur, ita, vt si vsque
ad vitæ suæ tempus maritus eas non reuocauerit, ex mor-
te

te eius confirmentur: Fisco nostro ad easdem res nullam impofterum communionem habituro, secundum ipsa verba Imp. c. 4. Petronio Probiano rescribentis. Extendere hoc beneficium Legis Constantin. Icti nostri videntur, etiam in eo casu, quo vxor maritum proscriptum sequi ex mandato necesse habet. Ita enim responderunt Dni Scabini Lips. W. G. Schepstg de Iure interroganti: So viel aber sein Eheweib anlanget / ob wohl dieselbe diese Lande zu meyden nicht schuldig; so wird ihn dennoch / ihren Ehemanne mit wesentlicher Wohnung zu folgen / billig auffersleget. Es ist ihr aber / mittlzeit ihre Güter Pachtsweise auszuthun / oder sonst durch andere bestellen zu lassen / unbenommen. confer. Carpz. P. III. Pract. Crim. Q. 130. n. 47. quietiam redditum vxori & commorationem ad tempus in bonis suis, liberamque de iis dispositionem permittit.

XVII.

Plura Fisci pariter ac Dotis privilegia & Prælationis Iura recensent post Colleg. Argentor. sub hoc tit. (vbi 30. circiter species enumerantur) Peregrinus in *Speciali Tract. von Schatzungen und Steuern Sleusungæ excuso*, Haberkornius *Process. concursus & prælationis Creditorum*, Fridr. Martini in *Tr. de Iure Consum & annuorum reddituum*. Richter. *de Iure & priuil. Cred.* David Pareus *de Iur. Regio & Principum*. Springsfeld *de Apanagio*, Fr. Hotomannus *de pignoribus & hypothecis*, de *Donationibus*, de *Iure connubiorum*, Vlingius *Tr. de causis matrimonialibus*, & per plures alij, qui vel in genere vel in specie de Fisco seu Arario & Dote commentati sunt.

Fit remissio
ad alios au-
ctores,

XVIII.

Hæcque de Iuribus Dotis & Fisci pro modulo ingenii at-
tu' esse sufficiant, æquum Lectoris iudicium & condonatio-
nē sperando, si forsan non æq; feliciter, rem vbius tetige-
rim

Conclusio.

rim. Non diffiteor integrum Traſtatum de hac materia ſcribi potuiſſe, ſed nunc tempore excluſus, omnia in compendio exhiberi debuerunt. Quæ vt B. L. æqui bonique conſulat, eſt quod obnixè rogo. DEO interim pro conceſſa gratia grates perſoluo immortales.

COROLLARIA.

I.

IVs Gentium, a iure Naturæ diuerſum non datur; nihilque abſurdius eſt, quam, quod moribus gentium receptum, Iuris Gentium dicere.

II.

Tempſa quod inter res ſacras in Iure relata, ex partu eſt: apud proteſtantes ergo male pro rebus ſacris habentur; vtut ſint extra commercium.

III.

Seruitus oneris ferendi non eſt anomala.

IV.

Hodie ſeruitus in faciendo conſiſtere poteſt, ſecus ac Iure Romano.

V.

Fundo vendito, ſed nondum tradito, ſi theſaurus nouiter reperiatur, ad emtorem pertinet, quamuis nondum ſit Dominus.

VI.

Tortura eſt inſufficiens medium eliciendi veritatem.

Halle, Diss.) 1702 (Sa/Stryk)

ULB Halle


001 540 882

3



Sb.





2. F. F. 2. 5.
DISPV TATIO INAVGV RALIS
De

1702, 8. 11309 a
1899.
25

PRÆLATIONE DOTIS ET FISCO MV. TVA IN CONCVRSV CRE- DITORVM,

Quam,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSICI, ELECTORATVS ET PRO-
VINCIARVM BRANDENBVRG. HEREDE,
&c. &c.

In Academia Regia Fridericiana
AVTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
PRÆSIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, D.

PROF. PVBL. & h. t. DECANO,
PATRONO SVO AC PROMOTORE DEVENERANDO

PRO LICENTIA

Summos in Vtroque Iure honores & Priuilegia Doctoralia
consequendi,

IN AVDITORIO MAIORI,

Horis ante & pomeridianis

D. XIX. Mai. Anno MDCCII.

Publico Eruditorum Examine proponit

MAGNVS GODOFREDVS LICHTWER,
Dresdensis.

Hala Magd. Litteris Christiani Henckelii, Acad. Typogr.